

- 88 Sier Pollo Zustignan, *quondam* sier Piero,  
*quondam* sier Dionisio.  
Sier Nicolò Zustignan, *quondam* sier Ferigo.  
Sier Zuan Gradenigo, *quondam* sier Anzolo,  
fo podestà a Monfalcon.  
Sier Panfilo Contarini, *quondam* sier Francesco.  
Sier Lorenzo Salamon, fo auditor nuovo,  
*quondam* sier Piero.  
Sier Pollo Bragadim, *quondam* sier Zuan Alvise.  
Sier Nicolò Gradenigo, fo podestà a Porto-  
gruer, *quondam* sier Anzolo.  
Non. Sier Alvixe Salamom, *quondam* sier Vido.

Nota. Intisi, chome quel messo ch' è tornato di Roma, partì a dì 6 di questo, che la Signoria havia fato meter a Roma, in do lochi, *videlicet* avanti la porta di la chiesia di San Piero di Roma, et su una colona di Castel Sant' Anzolo, do scripture, optimamente drizade, di la appellation, fata per la Signoria nostra, di la scomunica fata per il papa contra de nui, *ad futurum concilium*; et che, inteso questo, il papa fe' cavarle via, fulminando con grandissima colora etc. Et questa cossa fo secretissima, né im pregadi si trattava. *Etiam* in Hongaria fo expedito la appellation al cardinal ystrigoniense, patriarcha di Constantinopoli, chome ho scripto di sopra. Qual, chiamato 3 episcopi, pol lui chiamar il futuro concilio et suspender questa excommunication. Et domino Petro di Trezo, dotor, avocato a Castello, molto si operò in queste scripture; le qual, a Dio piacendo, le averò.

*A dì dito, in consejo di X, con la zonta.*

*Provedador zeneral in Romagna,*  
*con pena.*

Refudò. Sier Zorzi Emo, savio dil consejo, *quon-*  
*dam* sier Zuan, el cavalier.

89 *Monitorium contra venetos.*

JULIUS, episcopus, servus servorum Dei ad fu-  
turam rei memoriam.

Pastoralis officii, divina gratia nobis licet imme-  
ritis injuncti, consideratione, monente nos beato Julio  
primo, prædecessore nostro, ejus nomen electi ad  
apicem apostolatus assumpsimus, non est nobis dis-  
simulandum, non tacendi libertas, quibus major eun-

ctis christianæ religionis zelus incubit. Debemus enim summam curam habere de his qui pereunt, quatenus nostra redargutione aut corrigantur a peccatis, aut, si incorrigibiles apparuerint, ab Ecclesia separarentur. Pius est Deus et misericors, qui vindictam temperat ab eo qui illam prævenit; et sicut in Genesi legitur, quos videt prorsus impenitentes nec ante severa ultione castigat, quam prius fuerit comminatus assidue peccanti et in peccatis perseveranti non miseretur. Cum itaque retroactis temporibus dominii venetorum potentia, privilegiis, indultis atque favoribus, pecuniis etiam romanæ sedis sæpe numero adjuta, adeo immensum excreverit, ut quibuscumque regibus, principibus, ducibus, potentatibus et dominiis totius Europæ et præcipue matri sue Ecclesiæ romanæ, a qua beneficia multa suscepit, formidolosa et perniciosa fuerit et sit; in ipsis quandoquidem, leonina pelle assumpta, non solum leonis more sed et luporum omnium, quibus proxime accedit, coria expilat; nec unquam retro aspicit, sed ejusdem leonis feritate vicinos et obvios quosque pessumdat et discerpit. Fueruntque sæpe a prædecessoribus nostris et nobis duces ejusdem civitatis Venetiarum rogati, consiliarii et alii eidem reipublicæ venete præsidentes moxiti, ut a violentia alis inferenda se abstinerent, et a rebus alienis occupandis et præcipue sanctæ romanæ Ecclesiæ cessarent; illi nihilominus, duritiam Pharaonis imitati, hujusmodi paterna ac salubria monita, surda et exæcata mente, nunquam admittere voluerunt, nisi quantum eorum cupiditas et dominandi libido effrenata aut nonnunquam necessitas eis suadebat. Sic factum ab eis novimus, ut de aliorum regum et principum injuriis, oppressionibus ac damnis taceamus, cum Ferrariam, sanctæ romanæ Ecclesiæ civitatem, temporibus Federici (Fe.) regis (Re.) Clementis quinti, prædecessoris nostri, occuparunt, donec per omnes censuras, interdicta et disficationes, illam sanctæ romanæ Ecclesiæ dimittere coacti fuerunt. Et quoniam eorum cor non plene 89  
poenitens fuerit, eamdem civitatem ferrariensem, sedente in hac sancta sede felicis recordationis Sixto papa III, etiam prædecessore et patruo nostro, maximis conatibus occupare contenderunt; et procul dubio occupassent, nisi præfati pontificis et aliorum Italiæ regum et dominiorum auctoritas ac potentia illis obstetisset. Sic factum ab eis, cum jam multis annis Ravennam, inclytam civitatem romanæ sedis, per dolum et fraudem, nec non Cerviam civitatem, prohibito modo et illico colore illarumque oppida et pertinentia usurparunt. Et ne quid deesset ad cumulum malemeritorum suorum, mortuo Alexan-